



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica

Ab anno Christi 1566 usque ad annum 1572

Fleury, Claude

August. Vind. [u.a.], 1772

VD18 90118634

§. 71. Deputati a Galliarum Rege Rupellas ablegati.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-67213](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-67213)

Sæcul. XVI
A.C. 1571.

ferebant: Bullingerus enim satis sibi perspectum habebat, Catholicos æque, ac Lutheranos questuros, quod ipsis præsentia carnalis attribueretur, cum tamen ipsi de ea nequidem somniarint, aliunde autem non constabat, quomodo in substantia ibi recipi possit id, quod substantialiter præsens non est, proin Bullingerus de hisce Bezæ subtilitatibus, aut de unita ejus substantia, quin ea præsens sit, nihil intelligens eidem sic respondit: „in materia fidei clare loquendum est, ne simplices eo reduncantur, ut, quid credere oporteat, ultra nesciant: mitigandum ergo est decretum, eoquod hoc unicum sit medium, quo inter varias has sectas concordia stabiliri possit.,

§. LXXI.

Deputati a Galliarum Regè. Ruptas ablegati.

*Thuan. l. 50.
Mezeray
abregc t. 5.
pag. 230.*

Sperabatur equidem, quod in Franciæ Regno per concordiae edictum, quod anno priori Mense Augusto in favorem Calvinistarum promulgabatur, pax revocanda esset, nihilominus novindies tumultus inter ambas partes suscitabantur; ut ergo Carolus IX. Rex hisce malis remedium opponeret, in eunte Mense Januario Arturum Coliseum Franciæ Marescallum, & Philippum

lippum Gorræum Proterium libellorum Sæcul. XVI.
A. C. 1571.
supplicum Magistrum Rupellas decerne-
bat, ut Protestantium querelas, de
quibus ad Regem perlatum erat, au-
dient, & de obscuris, aut ambiguis
edicti articulis juncta opera consulerent,
& ad Regem desuper referrent. Postea
ibi obiter egerunt Deputati de matri-
monio inter Margaritam Valesiam Ca-
roli IX. Regis sororem, & Henricum
Navarræ Principem contrahendo, ut
vero magis Colinium maris Præfectum,
qui colloquio intererat, ad sua studia
pertraherent, hinc eidem, cum eum
bellum civile detestari, Hispanos vero
seditiones appetere scirent, de Orangi
rebus in Belgio adjuvandis mentionem
proposuerunt, ei significantes, quod
Galliarum Rex bellum contra Albæ
Ducem in Belgio gerere desideraret:
porro id Architalassius summopere ex-
optabat, ut injuriam sibi in oppido sancti
Quintini illatam ulcisceretur, necnon
Protestantibus opem ferendo simul Nas-
sovienses Principes pristinis honoribus
reddere, hacque ratione mutua ab eis
auxilia sperare posset.

§. LXXII.

*Calvinistarum querelæ coram hisce
Deputatis expositæ.*

Rr 4

Post